



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 12. Epilogus, & anacephaleosis totius materie, de mortificationis  
fructibus, & quanta sit hominis mortificati felicitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

IN MORTIF. SERVAND. 731

templatur, vt tormenta & labores iā  
dictos, pro tormentis non habeant,  
sed pro materia incredibilium cordis  
voluptatum. Poterat hoc loco & aliud  
adiungi non ignobile medium, Diffi-  
dentia sui, suarumque virium, sed de  
eo copiosius alibi egimus.

C A P V T. XII.

*Epilogus & anacephaleosis totius ma-  
teria de mortificationis fructibus, &  
declaratio quanta sit hominis  
mortificati felici-  
tas.*

**V**ix exprimi potest verbis, ad  
quantam felicitatem homo  
in hac vita pertingat, qui sedu-  
lo & serio operam mortificationi de-  
dit. Quid enim praestabilius homini  
contingere potest, quam vt dum in  
hac carne mortali degit, viuat spiritus  
dum in mundo versatur, non secun-  
dum mundi spiritum viuat, sed secun-  
dum Dei spiritum? Hoc caput & sum-  
ma est virtutum omnium, exercitio-  
rumque spiritualium, ad Apostolo Pau-  
lo etc

## 732 DE DISCRETIONE

Gal. s.

lo crebro commendata. Ad Galatas dicit. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et rursum dicit. Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus. Ambulare spiritu, est in virtutibus progressum facere, ac in bonorum operum exercitatione, non ductum sequi inclinationum, passionumque naturalium, sed spiritus divini lumen, roburque fidei & Christi gratiam. Vnusquisque enim in ijs operibus exercere se debet, quæ congruunt cum vita, quam proficitur: cum ergo homo Christianus per baptismum sit renatus, & per poenitentiam reuocatus ad vitam spiritualem, tenetur etiam operari convenienter tali vite, in omnibus diuinæ voluntati, legique à spiritu sancto cordi nostro impressæ obsequendo; quod faciet, si omnia opera sua purâ rectaque intentione faciat, ad maiorem scilicet Dei gloriam, si in viâ cæli semper cum maiori ardore & fructu spirituali decurrere conetur, ac denique in studium mortificationis suæ cõtinuò sit intentus, Quemadmodum enim homo moriendo peccato, per poenitentiam obtinet vitam gratiæ; sic

gra-

IN MORTIF SERVAND. 739

gravis inclinationibus moriendo per mortificationem obtinet gratiæ incrementum.

Cuique autem inclinationi, quam homo mortificat, respondet vnus gradus nouæ vitæ spiritus, roburque crescit secundum operationem illi congruentem. Sicut enim vitis, quæ radices viuas egit in terra, idcirco amputatur, vt in plures pampinos se diffundat, pulchrioremque & vberiores fructus ferat: sic iustus, dum viuit vita gratiæ, idcirco mortificationis falce cupiditates inordinatas amputat, vt fructus gratiores in oculis Dei, & vberiores aliquando producat. Quoq; vita interna iusti mortificationis opera amplius augetur, latiusque se diffundit in opera bona facta cum spiritu, hoc in omnem æternitatem glorioſior erit & cumulationibus felicitatis donis abundabit, vitæ nempe Christi simillima.

Hęc doctrina & institutio est B. Pauli Apostoli: sic enim loquitur in epistola ad Colossenses. Si surrexeris cum Christo, que sursum sunt querito. Vbi Christus est in dextra Dei sedente, que sursum sunt, sapito, non que super

Coloſ.

## 234 DE DISCRETIONE

per terrā. quasi dicat: Cum vobis suppetat vita gratiæ, secundum quam spiritualiter estis resuscitati, præstate opera illi vitæ congruentia, amplectendo cælestia, deserendo terrena, nec sine vos duci affectibus huius mundi, sed spiritu Christi in cælo regnantis. Deinde mox Apostolus quibus medijs ista vita obtineatur, eiusque fructus, subiungit: *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra, et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Sensus est, Mortui estis peccato, quia horretis illud: & mundo, eiusque pompis, quia illas contemnitis: & cupiditatibus terrenis, quia eas mortificastis. Unde consequens est, vos agere vitam spiritualem, que occulta latet in intimis cordis penetralibus, secundum mundanorum iudicium, sicut secundum eorundem iudicium latet vita Christi in cælo regnantis & ad dexteram patris confidentis. Quando autem Christus ad vniuersale iudicium venturus est, & toti mundo se spectandum præbiturus, tunc etiam vita vestra iam amatoribus mundi ignota

nota

IN MORTIF. SERVAND. 719

nota patefiet toti mūdo, quia in soci-  
tate Christi eritis glorioſiſſimi & qua-  
ſi cū eo renati.

O foelix mortificatio, quæ tã nobi-  
lem fructum tum in altera vita habet,  
beatitudinis animæ & corporis ſem-  
piternæ, tum in præſenti vitæ ſpiri-  
talis, qua anima viuit per gratiam, &  
viuunt bona omnia cum ſpiritu vitæ  
perfecta. Atque hinc omnes alij diui-  
ni mortificationis fructus à nobis de-  
clarati dimanant; vt, quod per illam  
magna parte naturam noſtram ſanc-  
mus, lucem quandam rerum diuina-  
rum cognoscendarum accipimus,  
ſolacium item & gaudium ſpirituale  
in tribulationibus & ærumis, expug-  
nationem carnis ſub ſpiritu, & contra  
paſſiones tentatione: que victoriam,  
facilitatem & ſuauiſſimam in bonis o-  
peribus, efficaciam ad purè contēpladū,  
robur cōtra humanos terrores, ac pacē  
& ſerēmitatē ſpirituale. Hæc honorificat  
tis facit pro peccatis præteritis, & libe-  
rat ſe à futuris, in quæ labi poterat.  
Hæc irā refrænât, cōcupiſcentiã extin-  
guit, & verū imitatorē Chriſti effici-  
ent. Illa bonū exemplum præbet proxi-

Re 3. 1900

